



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

De quatuor, magnam importantibus pacem. 23

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

& quæ mundus abhorret, ipsi amplecterentur affectu magno.

§ Nihil ergo amatorem tuum, & cognitorem beneficiorum tuorum, ita latificare debet, sicut voluntas tua in eo, & beneplacitum æternæ dispositionis tuæ: de qua tantum contentari debet & consolari, ut ita libenter velit esse minimus, sicut aliquis optaret esse maximus: & ita pacificus & contentus in nouissimo, sicut in loco primo: atque ita libenter despicabilis & abiectus, nullius quoque nominis & fame, sicut cæteris honorabilior & maior in mundo. Nam voluntas tua, & amor honoris tui, omnia excedere debet: & plus eum consolari, magisque placere, quàm omnia beneficia sibi data vel danda.

CAP. XXIII.

De quatuor, magnam importantibus pacem.

Dñs. I FILLI, † nunc docebo te viã pacis,
 Seruus. & verę libertatis. * Fac Domine,
 Dñs. quòd dicis, quia hoc mihi gratum est
 Mat. 26 audire. † Stude fili, alterius potiùs fa-
 & Ioan. 5. & 6. cere

cere voluntatem, quàm tuam. Elige 1. Cor. 10.
semper minùs, quàm plùs habere. Luc. 14.

Quare semper inferiorem locum, & omnibus subesse. Opta semper & ora, Matt. 6.
vt voluntas Dei integrè in te fiat. Ecce talis homo, ingreditur fines pacis & quietis.

2 * Domine, sermo tuus iste breuis, Seruus. Matt. 5.
multum in se continet perfectionis. Paruus est dictu, sed plenus sensu, & vber in fructu. Nam si posset à me fideliter custodiri, non deberet tam facilis in me turbatio oriri. Nam quotiens me impacatum sentio & grauatum, ab hac doctrina me recessisse inuenio. Sed tu, qui omnia potes, & animæ profectum semper diligis, adauge maiorem gratiam: vt possim tuum complere sermonem, & meam perficere salutem.

Orationes, contra cogitationes malas.

3 **D**omine * Deus meus, ne elon- Seruus. Psal. 70
geris à me: Deus meus in auxilium meum respice: quoniam insurrexerunt in me variæ cogitationes, & timores magni, affligentes animam meam. Quomodo pertransibo illæsus?

H 4

Quo-